

melius consultum feret *rationi status politici*. Si modo aliqui politici, de quibus pene certi sumus, quod in nulla alia re tantum curæ et diligentiae impendant, quantum in excogitandis rationibus externe speciosis, interne occulto veneno plenis; quatenus hoc modo potestas ecclesiastica infringatur, et econtra politica ampliatur, hanc vel illam legem ecclesiasticam, decretum et prohibitionem pontificiam in rationem status politici impingere asserant, satis est, ut ipsorum iudicium velut oraculum Delphicum adoretur. »

(10. De his plura vide in opere sæpius ci-

## PLAGIUM.

## SUMMARIUM.

1. Plagium quid sit? — 2. Qui tale crimen committunt, plagiarii appellantur. — 3. Plagiarium unde dicti? — 4. Tale crimen, si homo, qui subripitur, sit sui juris: non est proprie furtum. — 5. Si autem persona, quæ subripitur, est adhuc sub patria potestate constituta, verum furtum est. — 6.

(1. Plagium est crimen publicum, quo quis dolose subripit hominem liberum, vel servum alienum, sive detineat illum vincitum, aut celet, vel ei suadeat, ut a patre, vel domino suo aufugiat, sive vendat, donec, permittet, vel alio contractu, quo dominium rerum transfertur, aliis tradat, l. 1, cum seq. ff. et cod. ad l. *Fabiam*, De plagiar. iis.

(2. Hinc, qui tale crimen committunt, plagiarii appellantur, cit. l. 1 cum seq., ff. et cod. ad leg. *Fabiam*, De plagiar. iis. (3. Et plagiarium dicti sunt a *plaga*, quia patri et domino magna plaga infligitur, dum ipsis liberi et servi subtrahuntur, et subripiuntur, quo casu committi dicitur furtum, et plagium, juxta text. in § *Interdum*, Institut. De obligat. quæ ex delict. nascuntur, et observat Cotta, in *Memor.*, verb. *Plagiarium*, fol. 450; Ursaya, *Instit. criminal.*, l. 11, tit. 8, n. 216.

(4. Tale crimen, si homo, qui subripitur, sit sui juris, non est proprie furtum, quia libera persona sub nullius est dominio. L. *Item juris*, Institut. De inutil. stipulat. (5. Si autem persona, quæ subripitur, est adhuc sub patria potestate constituta, verum furtum est, § Institut. De obligat. quæ ex delict. nascuntur. (6. Et inde patri actio furti competit. L. *Eum qui 14*, § *Si filiusfamilias 13*, ff. De furtis, ibi: « Si filiusfamilias subreptus sit, patrem habere furti actionem, palmam est; » et idem repetitur l. 37, ff. eodem.

(7. Talis autem actio furti non competit matri, utpote potestate in prolem carenti. L. *Mater filii 38*, ff. eod., De furt., ibi: « Mater filii subrepti furti actionem non habet. »

(8. Pœna plagii olim erat pœna pecuniaria. L. final., ff. ad leg. *Fabiam*, De plagiar. iis. Hodierno autem jure est pœna mortis, cap. *Qui furatur 1*, De furtis, ibi: « Qui furatur hominem, et vendiderit, convictus, morte

tato, quod prænotatur — *Ragioni della Sede Apostolica*, t. I, p. 1. — tum etiam apud cardinalem Althan in opusculo inscripto: « Rappresentanza alla M. C. e C. di Carlo IV, sopra la moderna pretensione del regio collaterale di voler esaminare, e dare il regio exsequatur ad ogni genere di bolle, e lettere della Sede Apostolica. » — Et illustrissimum Bellugam in libello supplici ad Philippum V, Hispaniarum regem (§ 4, n. 53 seqq.). Quibus addi potest Bræschius de libertate Ecclesiæ (t. II, cap. 37 seqq.) et Zachariæ Antifebronius vindicatus. (T. IV, diss. 12, cap. 2.)

Et inde patri actio furti competit. — 7. Talis autem actio furti non competit matri. — 8. Pœna plagii olim erat pecuniaria. — 9. Hodierno autem jure est pœna mortis. — 10. Plagii crimen committunt illi, qui modica pecunia data, vel fraudulentis suasionibus incautos alliciunt juvenes ad se ascribendum militiæ. — 11. Subnect. *Addit. ex al. man.*, ad n. 15.

moriatur, » juxta l. *Quoniam 7*, et l. final. cod. Ad leg. *Fabiam*, De plagiar. iis. (10. Plagii crimen committunt illi, qui modica, pecunia data, vel fraudulentis suasionibus incautos alliciunt juvenes ad se ascribendum militiæ, ut observat Amenus, De delictis et pœnis, tit. 3, § 6, n. 36, ubi, quod id practicari vidit in Urbe pro cujusdam principis servitio, sed seditione facta, opus fuit ad illam sopiendam captos pristinae libertati restituere, et refert etiam Ursaya, loc. cit., n. 219. Quod, et novissime accidisse anno 1738 refertur.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(11. Ridiculus fere semper auctor est, dum etymon nominis tradit; at maxime hic ridiculus est, qui a plagiarium, inquit, dicti sunt a plaga, quia patri et domino magna plaga infligitur, dum ipsis liberi et servi subtrahuntur. » Vide, si lubet de etymologia hujus vocis Antonium Matthæum, De crimin. tit. De leg. *Fabia*, De plagiar., cap. 1, n. 2.

(12. Illud hic non omittendum, quod is, cujus consilio plagium commissum est, plagii non tenetur. Non adversatur, quod qui plagiarium in aliqua re socius est, et ipse plagiarium sit. Leg. penult., § ultim., ff. De leg. *Fab.*, De plagiar.: « Socium enim (ut recte inquit Antonius Matthæus, ubi supra, n. 4) intelligere debemus, non qui consilium duntaxat dedit, aut scalas forte commodavit, sed qui societatem sceleris contraxit, et in ipsa suppressione socius fuit. »

(13. Nec refragatur, quod plagiarium sit, qui servo alieno persuasit, ut a Domino fugiat; dum enim dicimus, plagii non teneri eum, cujus consilio plagium commissum est, intelligimus, si consilium datum tertio sit, non item si consilium servo datum sit. Anton. Matth., *ibid.*

## RESPONSIO AUCTORIS.

(14. Oh! si adhuc in vivis degeret celeberrimus advocatus Ursaya, ex quo dictam etymologiam desumpsi, certe pro sui defensione ostenderet, quinam magis dicendus esset ridiculus, an ipse, seu potius, qui aliorum placita carpit, et injuriosis verbis auctores ipsos lacessit. (15. Mihi tantum liceat repetere hic, quod immortalis memorie Pontifex Benedictus XIV, contra hujusmodi conviciatos habet in Præfatione, tom. I, De synodo diœcesana, § Porro; ibi: « Nihil contumeliose jacientes in alios, quantumvis ab opinione nostra longe dissentiant.

## POENA.

## ARTICULUS I.

## De pœnis in genere.

## SUMMARIUM.

1. Pœna quid sit? — 2. Pœna est mensura culpæ. — 3. Regulariter sine culpa nemo punitur. — 4. Interdum tamen ob publicum bonum punitur quis sine propria culpa. — 5. Pœna et multa quomodo distinguantur pœna et penitentia? — 7. Pœna alia est civilis, alia criminalis, alia legalis, alia judicialis, et quæ singulæ sint. — 8. Pœna criminalis subdividitur in capitalem, et non capitalem, et quæ utraque sit? — 9. Pœna criminalis alia est corporalis, seu corporis afflictiva, alia pecuniaria, alia temporalis, et alia perpetua. — 10. Pœna in genere alia est ordinaria, et alia extraordinaria, et quæ utraque sit? — 11. Item alia est lata, et alia ferenda sententiæ, et quæ utraque sit? — 12. Assignantur quinque regulæ ad cognoscendum, an pœna sit lata, vel ferenda sententiæ. — 13. An quando lex utitur verbis imperativi modi, quæ afficiunt immediate ipsam pœnam, sit lata, vel ferenda sententiæ; multi volunt, quod sit lata. — 14. Plurimi alii tamen sustinent, quod sit solum sententiæ ferendæ. — 15. Affertur responsio ad auctoritates pro prima opinione adductas. — 16. Pœna, seu lex pœnalis sententiæ ferendæ non obligat ante sententiæ iudicis. — 17. Pœna, seu lex pœnalis lata sententiæ in iis, quæ aliam executionem externam non requirunt, obligat in conscientia ante sententiæ declarationem iudicis. — 18. Pœna, seu lex pœnalis lata sententiæ in iis, quæ externam executionem requirunt, non obligat in conscientia ante iudicis sententiæ declarationem de crimine commisso, nisi lex in specie addat clausulam: *Alia etiam declaratione non secuta*. — 19. Imo secundum plurimos, etiamsi lex addat talem clausulam: *Alia etiam declaratione non secuta*, vel simile, non obligat ante declaratoriam iudicis de crimine commisso, nisi in aliquibus pœnis, quæ assignantur. — 20. Declaratoria de crimine commisso requirit citationem partis, et ab ea dari potest appellatio. — 21. Adducitur et solvitur instantia. — 22. Assignatur notabilis differentia inter sententiæ condemnatoriam et declaratoriam. — 23. Assignatur quomodo, non obstante clausula: *Ipso facto incurrenda*, adhuc requiratur sententiæ declaratoria iudicis. — 24. Assignatur quomodo, non obstante clausula: *Absque alia declaratione*, adhuc requiratur talis sententiæ declaratoria iudicis. — 25. Transgressores legis incurrunt pœnam illius, etiamsi talem pœnam ignorent, exceptis tamen censuris. — 26. Judex inferior, regulariter loquendo non potest augere vel minuere pœnas a jure statutus. — 27. Id tamen potest princeps supremus. — 28. Et ex justis causis id potest interdum etiam iudex inferior. — 29. Assignantur justæ præcipuæ causæ:

Il enim homini christiano indignum, et honesto viro indecens existimamus, neque vero minus valide unumquemque sententiam suam tueri posse censemus, si ab aliorum contemptu, ac injuria absteineat. » Sed et audiatur laudatus Pontifex in sua constitutione incip. *Sollicita ac provida*, § 23, sic præcipiens: « Cohibeatur itaque ea scriptorum licentia, qui, ut aiebat S. Augustinus lib. xii. *Confes.*, cap. 25, num. 33, sententiam suam amantes, non quia vera est, sed quia sua est, aliorum opiniones, non modo improbant, sed illiberaliter etiam notant atque traducunt. »

ex quibus reorum pœnæ a iudice inferiori augeri possunt, ad num. 37. — 38. Assignantur justæ præcipuæ causæ, ex quibus dictæ pœnæ minui possunt, ad num. 45. — 46. In pœnis arbitrariis debet iudex procedere juxta qualitatem delicti, ut sic pœna crimini commensuretur. — 47. Stante autem dubio, aut diversa juris intelligentia, iudex debet semper in meliorem partem declinare. — 48. Cum hoc tamen, quod circa reos in gravioribus criminibus legitime convictos, non debet iudex uti nimia clementia. — 49. Pœna unius metus est multorum. — 50. Pœna imposita in foro conscientia non liberat a pœna imponenda in foro fori. — 51. Pœnas pecuniarias, seu multas tenetur episcopus applicare locis et usibus piis. — 52. Pœnæ pecuniariæ non sunt applicandæ fabricæ, vel sacristiæ ecclesiæ. — 53. Nec possunt applicari pro reparatione Palatii episcopalis, aut domus vicarii generalis. — 54. Nec ulla eorum portio potest ab episcopo assignari depositario earumdem, nec reparationi carcerum episcopaliū, nec pro supplemento salarii musicorum ecclesiæ cathedralis. — 55. Nec applicari possunt pro vicario curiæ episcopalis, aut salario notarii et ministrorum. — 56. Nec pro procuratore fiscali, executoribus ac ministris curiæ. — 57. Nec pro birruariis curiæ episcopalis. — 58. Nec pro expensis tribunalis. — 59. Nec potest episcopus, etiamsi pauper, eas sibi applicare, non obstante contraria consuetudine. — 60. Unde episcopus vere pauper debet recurrere ad sacram congr. pro gratia talis applicationis. — 61. Et episcopus in his transgressor non est immunis a culpa mortali. — 62. Si concedatur episcopo applicatio pœnæ pecuniariæ pro episcopatu et sacrario, quid intelligatur nomine ipsorum? — 63. Pœnæ pecuniariæ delinquentium in una ex duabus diœcesibus unitis applicandæ sunt piis locis diœcesis, cujus sunt delinquentes, et in pari necessitate pauperibus loci, ubi habitant ipsi delinquentes. — 64. Si multæ non fuerint per episcopum in vita applicatæ, non possunt ad minorem summam reduci per vicarium capitularem. — 65. Pro multis retinendis debet ab episcopo fieri depositarius ipsarum. — 66. Et talis multarum depositarius debet esse aliquis de capitulo. — 67. Debetque cautionem præstare de bene administrando, et reddenda ratione in fine anni eorum ordinario, ut duobus capitularibus. — 68. Quorum canonicorum alter debet eligi ab episcopo, et alter a capitulo. — 69. Pecunia multarum nullo modo retineri potest ab ordinario. — 70. Unde depositarius multarum non debet deputari pro forma, sed ut vere et realiter multæ apud eum deponantur. — 71. Pœnæ, et multæ non observantium dies festos pro tertia parte applicari debent accusatori et pro quarta executoribus. — 72. Pœna et multa interficientis presbyterum applicanda est pro medietate ecclesiæ, cui præfuit, et pro alia medietate